COMPITI DELLE VACANZE ESTIVE – LATINO

COMPITI PER TUTTI

GRAMMATICA: ripassare gli argomenti svolti durante l'anno, in particolare i seguenti, presenti su Verba Iuvant 2

- Pronomi, aggettivi dimostrativi e avverbi dimostrativi
- Verbi semideponenti
- Il semideponente fio
- il participio (presente e passato) e le sue funzioni, che verrà verificato al rientro a scuola.

VERSIONI: si consiglia di svolgere le versioni regolarmente. È obbligatoria la costruzione delle versioni

- Versione n. 1 pg. 8
- Versione n. 8 pg. 37
- Versione n.1 pg. 53
- Versione n. 11 pg. 62
- Esercizio n. 8 pg. 61

Lycurgus, qui leges severissimas Lacedaemoniis dedit, etiam effēcit ut eae aeternae essent. Nam, postquam leges promulgavit, simulavit se ad oraculum Delphĭcum adire velle ut de legibus Apollinem consulĕret: coram populo enim promisit se ex deo quaesiturum (esse) quid legibus addĕre debēret aut tollĕre aut mutare, sed Lycurgus, antequam proficisceretur, cum omnes Lacedaemonios convocavisset, a suis civibus petivit ut iurarent se Lycurgi leges non mutaturos (esse), priusquam is Lacedaemonem reverteretur. Lycurgus vero numquam Delphos adivit sed, cum clam navem conscendisset, Cretam profectus est, ubi perpetuum exilium egit ita ut, donec vivĕret, Lacedaemonii eius leges mutare non possent. Statuit etiam ut post mortem ossa sua in mare abicerentur, ne, si ea Lacedaemonem referrentur, Spartani se iureiurando solutos esse putarent.

Astyăges, Medorum rex, quondam per somnium vidit e corpŏre filiae, quam unicam habebat, vitem nasci, cuius palmitibus omnis Asia obumbrabatur. Cum rex de somnio hariŏlos consuluisset, illi («quelli», nom.) respondērunt eius filiam Mandānem filium nobilem genituram esse et regem regno spoliatum iri a nepote, qui totā Asiā potītus esset. Tum Astyăges, cum responso exterrĭtus esset, filiam non claro Medo viro sed obscuro Persĭco viro, Cambyse nomine, in matrimonium dedit. Cum ne sic quidem1 rex somnii metum deposuisset, filiam gravĭdam ad regiam arcessivit ita ut post partum nepotem necare posset. Itaque, cum infans natus est, Astyăges imperavit ut Harpăgus, regis arcanorum particeps, puerum clam rapĕret necaretque. Harpăgus Cyrum rapuit sed necare ausus non est; itaque eum pastori tradĭdit ut exponeretur. Forte (avv.) eōdem tempore etiam ipsi pastori filius natus erat, qui autem ob grave morbum vitam amisĕrat. Cum pastoris uxor de infantis expositione audivisset, summis precibus maritum oravit ut sibi

perferretur puer: eius precibus fatigatus («logorato»), pastor in silvam redĭit et invēnit apud infantem canem feminam quae parvŭlo uběra praebebat eumque a feris alitibusque defendebat. Puerum ad uxōrem duxit quae, cum dulci infantis risu commota esset, virum oravit ut filium suum pro nepote regis exponĕret atque sibi permitteret puerum alĕre. Puer deinde, cum imperiosus inter pastores esset, Cyri nomen accēpit.

COMPITI PER DEBITI E 6A

Svolgere i seguenti esercizi/versioni aggiuntivi (nel caso dell'esame a settembre, si richiede di portarli quel giorno)

VERSIONE N.1

Nos Marcus Lepidus, consul iteerum, pontifex maximus, qui optime civili bello de re publica meritus est, ad pacem adhortatur. Nullius hominis apud me, patres conscripti, auctoritas maior est quam (ea) Marci Lepidi vel propter ipsius virtutem vel propter familiae dignitatem. Accedunt multa privata et magna eius in me merita, mea pauca in eum officia. Inter eius beneficia maximum numero quod magnanimus semper fuit et est in rem publicam, quae mihi vitā meā semper fuit carior. Nam Pompeium Magnum, clarissimum adulescentem, praestantissimi viri filium, auctoritate sua adduxit ad pacem remque publicam sine armis a maximo civilis belli periculo liberavit. Nullus ab eo civis violatus est, multi eius beneficiis ac misericordia fruiti sunt. Itaque et honores ei decrevi amplissimos, in quibus vos mihi adsensi estis, nec umquam de eo optime loqui destiti.

VERSIONE N.2

Anaxagoras Clazomenius, vir non solum nobilitate generis sed etiam animi magnitudine praeclarus, totum patrimonium propinquis amicisque suis sponte largitus erat, ut rerum naturae contemplationi se traderet. Cum Athenas, in urbem omnium doctrinarum inventricem, venit, eius ingenii fama tantum crevit ut ipse Pericles, Athenarum tyrannus, eo praeceptore usus est. Nonnumquam tamen accidit ut Pericles, multis publicis negotiis districtus, magistrum Anaxagoram neglegeret; tum senex, quia id aegre ferebat, vitam inedia finire statuit. Quod ubi Pericles cognovit, statim ad eum advolans, oravit ut viveret sibique amicum conservaret. Cum postea philosophus, impietatis reus, in iudicium esset vocatus, quod unum deum agnoscere se profiteretur, Pericles effecit ut incolumis aufugere posset.

VERSIONE N.3

Quintus Fabius Maximus iam senex filii sui, qui consul erat, legatus fuit; cumque in eius castra veniret, filius obviam patri progressus est et, ut mos erat, duodecim lictores consulem anteibant. Equo vehebatur senex nec, dum appropinquat consul, ex equo descendit. Iam undecim ex lictoribus verecundia paternae maiestatis taciti praeterierant.

Quod cum consul animadvertisset, duodecimum lictorem iussit inclamare Fabio patri ut ex equo descenderet. Pater tum statim oboedivit et desiliens: "Non ego, fili, - inquit - tuum imperium contempsi, sed experiri volui an tu scires ut consul agere". Ad summam senectutem vixit Fabius Maximus, dignus tanto cognomine. Cautior quam promptior existimatus est; sed eius prudentia, bello quod tum gerebatur, aptissima erat. Notum est enim rem publicam Romanam cunctando restituisse.

Prof. Azzurra Alisea Urbinati